



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

8 Vtrum metus grauis iniuste incussus ad extorquendum contractum
reddat contractum iure naturae nullum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

PUNCTUM VIII.

Utrum metu gratis iniuste incussus ad extorquendum contractum reddat contractum iure naturae nullum.

- 1 Distinguitur multiplex metus.
- 2 Proponitur prima sententia affirmans metum iniuste incussum iure naturae contractus irritare.
- 3 Secunda sententia distinguit inter contractus lucratiuos, & onerosos.
- 4 Omnis contractus tam onerosus quam lucratiuus, est validus iure naturae, venit tamen rescindendus.
- 5 Suis rationibus prima, & secunda sententia.

Proponendum est metum grauem prouenire posse à causa naturali, vel à libera & ab hac dupliciter iuste, vel iniuste. Si à causa naturali proueniat, certum est nullum contractus vel promissionem annullare, aliàs promissiones, vota & iuramenta facta timore mortis imminenti in tempestate, vel infirmitate essent irrita: quod non est dicendum. Si vero à causa, libera proueniat metus cum possit iuste vel iniuste prouenire videndum est an vtroque modo annullat contractus ex tali metu celebratos. In praesenti agemus de metu iniuste incusso in sequentibus de metu iuste illato.

1 Prima sententia docet metum grauem iniuste incussum ad extorquendum contractum, contractum annullare ipso iure naturae, tenetur hanc sententiam Molin. som. 2. de iust. disp. 267. & disp. 329. in sol. ad 2. Ioan. Salas plures refert 1. 2. q. 6. a. 6. tract. 3. disp. 3. sect. 1. n. 8. Couar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 5. n. 6. Matienzo lib. 9. recap. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 189. & alij apud Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. disput. 14. numer. 1. & dispus. 8. num. 2. Probatur primò si extorquas consensum ab alio per metum grauem, iniuriam, & iniustitiam illi facis. Ergo non est iustum, vt commodum ex tali iniustitia reportes reportares autem maximum si iniuriatum tibi obligares, & contractus celebratus firmus esset. Secundo acquisita per metum obligaris restituere, vt est communis omnium sententia, & habetur in l. 28. tit. 11. p. 3. ergo non habes illorum dominium, dominium enim est ius & potestas vtendi re pro libito. Si ergo teneris illam reddere donanti signum est tibi non esse translatum dominium. Et ita tenet Fortun. rr. de vlt. fillat. 2. n. 449. P. Molin. tom. 2. de iust. tr. 2. disp. 3. §. 6. in sol. ad 2. Tertio, si promittas Petro ex metu aliquam rem, non potest Petrus illam recipere. Ergo neque tu es obligatus illi donare. Quarto, qui nullum est ius, in quo contractus metu facti irritantur, sed potius supponuntur irriti, vel irriti declarantur. Ergo signum est iure naturae esse irritos. Quinto communis est omnium sententia vota simplicia metu extorta irrita esse, & tamen non sunt irrita aliquo iure positiuo cum nullam appareat, in quo talia vota irritantur. Ergo sunt irrita iure naturae. Ergo idem erit dicendum de aliis promissionibus.

3 Secunda sententia distinguit inter contractus lucratiuos, & onerosos, & affirmat onerosos esse ipso iure naturae valido quia est titulus sufficiens ad illorum valorem, scilicet dari, & accepti, qua ratione dicit emptioem, venditionem, iuractionem metu factam validam esse neque obligationem esse restituenti rem, neque fructus, quouique patiens metum petat rescissionem contractus, quia est translatum dominium. At contractus lucratiuos, in quibus nihil rependitur, vt promissio, donatio, testamentum, legatum commodatum precarium nullos esse, quia ibi nullus alius est titulus ad transferendum dominium praeter voluntatem, quae cum non sit liberalis, & gratuita, sed metu coacta non videtur sufficere ad transferendum dominium; sicuti solutio vsuratum nulla est ipso iure naturae, quia deficit voluntas liberalis, & titulus sufficiens ad eius valorem. Cofitmo efficaciter ex l. donationis ff. de donat. ibi, donat aliquis ea mente, vt statim velis accipientis fieri, & in nullo casu ad se reuertit. Et tantum, vt libertatis, & munificenciam exerceat hac verè donatio est. Sed qui donat ex metu, non vult in nullo casu ad se reuertit, sed potius cum donat vult, vt sibi reuertatur. Ergo talis donatio, donatio non est, ita tenet Valq. 1. 2. disp. 27. in fine. Azor lib. 1. c. 11. §. 7. §. nono Basilius de Leon, lib. 4. cap. 9. n. 4. & cap. 7. n. 4. vbi affirmat acquisita per metum in contracta oneroso non esse restituenda, quouique patiens metum peccat rescissionem contractus secus vero acquisita contractu lucratiuo: haec enim cum fructibus restituenda debent. Ex qua doctrina inferet cap. 11. n. 9. concessioem vectigalium, aut noui tributì Regi factam metu reuertentiae aut quouis alio graui valere in conscientia: neque Principem ob noxium esse restitutioni, quia illa concessio non est liberalis donatio, quae exigat plenum voluntarium, sed est contractus onerosus, cum detur ad tuitionem regni, & ad regni hostes debellandos, aliisque publicis necessitatibus subueniendum.

4 Tertia sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo docet contractus per huiusmodi metum celebratos valido esse.

sumendam esse, sed per ordinem ad personas patientes metum. nam, vt bene dixit Menoch. lib. 2. cent. 2. casu 135. n. 2. non omnes vniuersi conditionis sumus, aliqui enim constantissimi sunt, quos nullum periculi, nullum tormenti genus terret, aliqui vero nullifera ipsa timidiore Ausuri leues flatus verentur. Negati enim non potest mulieres timidiore esse viris, & pucros hominibus matre aetatis, facillime terretur, ac proinde malum, quod adolescentibus minaturum, sufficiens non esset incutiende metum grauem, fore puero, vel mulieri sufficiens, quod late probat Titati. de legib. cõntr. l. 9. gloss. 1. n. 160. Menoc. de arbit. lib. 2. cent. 2. casu 135. n. 4. & 5. Nauar. c. 22. n. 51. Molin. lib. 2. de primog. r. 3. n. 10. Couar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 4. n. 2. Flamin. lib. 13. de relig. q. 1. n. 58. & alij plures, quos refert, & sequitur, Th. Sanch. disp. 2. n. 1.

Hinc oritur non leuis difficultas: si enim malum, quod timendum est per ordinem ad personam patientem metum sumendum sit, contingere potest, esse aliquem ita timidum, quem malum leue, & facile vitatu grauius moueat, vel itaque potius contractum celebrare quam metui subiacere, quod quidem est cogita decisionem text. in l. metum, l. 2. ff. de eo quod met. caus. vbi dicit Consultus, Metum non vniuersi hominis, sed qui merito, & in hominè constantissimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicimus. Et l. nec timore 7. vbi, proinde, el. 1. ff. de eo quod met. caus. dicitur, quod quis metusolos rem frustra mueret, per hoc edictum non restituitur. Inferitur ergo non esse sumendam grauitatem metus ex imaginatione patientis, sed ex ipsa rei grauitate, & ita tenet Sanch. lib. 4. de matr. disp. 1. n. 14. cum Pelac. 4. disp. 2. disp. 1. n. 160. col. 2. vbi, ad haec.

11 Caeterum distinguendum censo; vel, loqui possumus de metu, quatenus annullat contractum, vel quatenus inuoluntarium reddit. Si enim loquamur de metu, quatenus inuoluntarium reddit facit malum leue, & insufficientem constantem vitium mouere, si tibi graui malo apprehendat causare inuoluntarium, sicuti potest causare graue aliquod malum; quia in tantum graue malum mouet ad sui fugam, in quantum vt tale apprehenditur. Si ergo leue malum, vt graue apprehendatur, eodem modo mouebit, & inuoluntarium causabit. Verum ne litibus occasio detur, solus motus de re graui, & quod grauius constantem mouere potest, voluit ius canonicum & civile, vt contractus rescindat, & alius metus leuis pro nihilo habeatur & ita notauit expressè Lessius lib. 2. c. 17. sub. 6. n. 45. in 2. edit.

12 Secundo aduerto non esse necessarium timere malum in propria persona, sufficit si in filijs, & alijs sanguine iunctis & affinis ortis ex matrimonio timeatur, quia horum malum vt proprium reputandum est, & quia iuste potest quis timere, sibi inferendum malum, si ob eam causam sibi sanguine iunctis inferret, & ita tradit alijs relatis Mascard. de probat. concl. 1015. n. 24. Flamin. de relig. lib. 13. q. 1. n. 178. Matien. lib. 9. recap. tit. 1. rubr. gloss. 1. n. 189. Th. Sanch. plures refert lib. 4. disp. 4. n. 8. **11** Hi consanguinei vel affines debent esse intra quartum gradum, vt metus illis incussus censetur proprius, quia extra illud non reputantur consanguinei, ex text. in c. non debet, de consang. & affin. & tradit Thom. Sanch. sup. n. 12. Ochagauia tract. 3. de matr. q. 2. n. 2. Idem est, si metus esset incussus tibi amicis, sicuti quia bona amici, propria censentur Sanch. n. 9. & Ochagauia n. 2. Lessius lib. 2. c. 17. sub. 6. in princ. n. 35. ac denique idem est dicendum de metu incusso domesticis alicuius, iuxta c. quicumque, de sent. excom. in 6. iura gloss. verbo, suorum, & ex Clem. 1. de excess. p. vbi, verb. seruientes, & tradit Sanch. n. 10. & Ochagauia supra conlepit in omnibus Basil. de Leon. lib. 4. de matr. c. 3. n. 4.

13 Tertio aduerto arbitrio iudicis, & prudentis metiendum esse metum grauem, ita probat l. metus autem causa, ff. ex quib. caus. maior. ibi, non sufficit quolibet terrore adductum iurisse huius rei adquisitio iudicis est. Non enim certa regula definiiri potest nam licet malum minaturum graue sit, potest tamen facile repellit, vel quia incutiens metum non valet exequi, vel quia patiens illum validior est, quocirca, horum cognitio ex arbitrio prudentis dependet, similiter etiam de pendet ex prudentis arbitrio iudicare plura mala an attingant terminum requisitum ad grauem metum incutiendum, v. g. amissio diuitiarum, incarcerationis precum molestia cum metu reuertentium, & alia huiusmodi iuxta glossa in l. interpositas, verb. Cruciatum, C. de transact. ibi Bald. & glossa in c. penul. de his qua. vi metus causa sunt. Silyest. verb. metus, q. 2. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. casu 135. n. 3. Th. Sanch. lib. 4. disp. 5. n. 1. & seqq. Basil. de Leon. lib. 4. c. 4. n. 2. Aduerto tamen cum Basilio, & Sanch. sup. hoc iudicis arbitrium non solum desiderari iure Caelarico, & canonico sed etiam iure regni Castellae quidquid dicat Villalob. in antinomia iuris civilis, & regis, verbo, metus, n. 14. tñ ob rationes factas quia sepe grauitas mali, & potestas vitandi, non est ita competita, quin iudicis arbitrium desideretur, tum etiam, quia l. 7. tit. 3. part. 7. post enumerata aliqua mala grauem metum inducentia additur, de tal. mieda como esse, o ero semianze. Vt ergo decernatur, an simile, vel aequale malum sit illi, quod in iure est expressum, iudicis arbitrium requiritur, & in foro conscientiae prudentis Confessoris.

Terà, de Castro sum. Mor. Paris. I.

venireque rescindendos à patiente metu actione quod metus causa, si res integra non sit potest enim agere aduersus iniustum detentorem, vt sibi res transacta reddatur: si autem res integra sit, exceptione metus potest leuati ita tenent Sorus 4. disp. 29. q. 1. art. 3. vers. ad 2. & vers. ad 3. Hentiq. lib. 11. de matr. c. 9. n. 4. Carbon. de res. q. 45. concl. 4. Pett. de Ledema de matr. q. 47. art. 3. dñb 1 in solut. ad 3. & 4. fol. 2. 4. col. 2. Lessius lib. 2. cap. 17. dñb. 6. n. 42. Azor lib. 1. c. 17. q. 6. & 13. Thó. Sanchez lib. 4. de & matrim. disp. 8. n. 4. & disp. 14. n. 2. & alij inuicem ab eisdem relati. Præcipuum fundamentum est quia non obstante iniuria per metum illata dicitur quidquid ad rationem contractus necessarii requiritur. Ad valorem enim contractus solum requiritur iustus titulus, & voluntarius consensus sed metus non tollit voluntarium absolute, vt supra diximus, neque excludit titulum dati, & accepti, donati promissi, & similibus. Ergo talis contractus iure naturæ validus est, & secundò probò à simili. Contractus, cui dolus causam dedit non est irritus iure naturæ, vt patet in matrimonio contracto ex errore, quo putabas nobilem, & diuitem, esse vxorem; cum tamen ignobilis, & pauper sit. Et generaliter de omnibus contractibus stricti iuris, dolo, vel metu contractis deficiunt, esse validos, debetque actionem exceptione doli mali, vel metus elidi. In iur. de except. in princ. §. 1. dolo, C. de inu. stip. qua de causa deceptor non potest resiliere à contractu, si deceptor velit stare contractui, vt colligitur ex cap. de eo qui duxit, in matr. & ex l. 13. ff. de act. emp. in princ. sed metus, & dolus æquiparantur in iure, et in dolo C. de inu. stip. ibi. dolo, vel metu adhibito actio quidem nascitur si subdita stipulatio sit per doli mali tamen, vel metus exceptionem submoueri petito debet. Idem constat ex l. si dolo, ff. de inu. stip. & cum conuincat, de iureiur. & c. 1. de pactis, in 6. in fine. Ergo si dolus non reddit iure naturæ irritum contractum, cui causam dedit neque metus. Tertio metus leuis non reddit irritos contractus iure naturæ vt est communior sententia. Alias in foro externo debent irriti declarari, quod nullo modo sit, neque admittitur, actio neque exceptio de huiusmodi metu vt constat ex leg. vni timoris. ff. de iureiurand. & leg. metum, ff. de eo quod metus causa. sed per metum leuissimum etiam fit iniuria contrahenti cum eius voluntas iniuste cogatur. Ergo si hac iniuria leuis non reddit irritum contractum, neque etiam gravis debet irritate, cum in vtroque reperiat iniustitia. Quarto sacramenta recepta metu graui valida sunt, matrimonio excepto, habetur de sacramento Baptismi cap. maiores, §. item quaritur, de Baptismo. & de reliquis sacramentis est communis sententia quia est eadem ratio. Ergo metus non tollit libertatem requisitam ad valorem actus iuræ naturæ.

§ Neque obstant argumenta contraria.

Ad primum primæ sententiæ respondeo parum utilitatis accrescere iniuriam ex contractu metuloso, cum teneatur rescindere, si solubilis est, & res in pristinum statum restituere.

Ad secundum fateor te acquirere dominium tam in contractu oneroso, quam lucratiuo, vt tradit glossa in c. vni de his qua vi, in 6. not. & cap. super hac, de renun. ver. resignat. Nauarr. c. accepta de res. spol. c. p. 5. n. 21. Th. Sanch. plures referens lib. 4. disp. 8. n. 5. & 11. Less. lib. 2. c. 1. 7. dñb. 6. n. 44. Sed ius acquiritum est nimis infirmum, cum tenearis amittere: & rem ad pristinum statum reddere, Neque hæc obligatio obstat dominionem enim dominium est potestas vtendi re in quemcumque vsum, alias possidens maioratum, non diceretur illius habere dominium cum non possit alienare, neque obligare. Est igitur dominium tenentis rei iusto titulo, id est titulo à iure non annullato §. per traditionem. Inst. de ver. diuis. & l. traditio. nib. C. de pact. Ac cum huiusmodi contractus ceti per iniustitiam sint extorti, non reperiantur è iure annullari, efficitur sanè validos esse. Cui valori non obstat te obligatum esse reddere rem primo possidenti, sicuti non obstat dominio, quod habes in rebus bonis, vt tenearis aliqua ex eis Petro donare, si promissisti, quod enim promissio acceptata efficit id ipsum præstare iniuria illata. Imò addendum existimo, si rem sic per metum acceptam in tertium possessorem transferas, posse patientem metum, non solum à te, sed etiam ab illo tertio possessore rem vindicare l. si cum exceptione §. in hac actione ff. de eo quod metus causa quia vitiosè translata est, quod colligitur aperte ex l. metum autem presentem. §. volenti ff. de eo quod metus causa, vbi dicitur volenti licet per metum & datur & in rem actio in personam, & licet dicitur etiam actionem in rem danda existimamus, quia res in bonis eius est, qui vim passus est, non quia propter res sit patientis metum, sed quia qui habet actionem ad rem, ipsam habere videtur, reg. qui actionem 1. a. ff. de reg. iur. habet ergo patiens metum actionem, non solum aduersus metum inferentem, sed etiam aduersus quemcumque possessorem pro vindicanda re? & ratio, est, quia patiens metum ob iniuriam sibi illatam ius habet rescindendi contractum factum quia habet ius, vt sibi satisfactio detur, & iniuria facta reparetur, quæ non potest alia via reparari, quam si contractus factus rescindatur, & res in suum pristinum statum reddatur, hæc tamen actio non obstat dominio per contractum acquisito, vt ex supradictis constat.

Ad tertium respondeo etiam Petrus extorquens à te legatum non possit illud recipere ratione iniuriæ, potest tamen illud recipere ratione contractus, ita tu obligatus es ratione contractus illi tradere, esto ratione iniuriæ excusatus, ac proinde exceptione iniuriæ repellere potes illum à legato, stat enim optimè te obligatum esse ex vno capite ad aliquid faciendum, & deobligatum esse ex alio v.g. ex contractu potes alicui debere centam ad si tibi iniuria inulit, potes debitum retinere, quousque satisfactioem exhibeat, & si petat, poteris exceptione iniuriæ repellere.

Ad quartum dico etiam nullus textus sit in quo plures contractus metu iniuriæ declarantur, quia tamen sunt plures textus in quibus validi declarantur, efficit manifestè iniuriam ex metu factam insufficientem esse ad annullandos contractus iure naturæ.

Ad quintum vota simplicia per metum esse irrita non iure positio scripto, sed traditione & consuetudine Ecclesiæ vim legis obtinent, sicuti matrimonium metu contractum, vel fidelis cum infideli ritum est hoc modo secundum probabilem sententiam.

Ad rationem autem secundæ sententiæ respondeo quamlibet donationem metu factam validam esse, nam etiam non sit omnino liberalis, & gratuita, sed coacta, quia tamen non est simpliciter inuoluntaria sed potius simpliciter voluntaria, & libera, ideo simpliciter, & absolute valet, & ideo in l. vlt. C. de his qua vi, præcipiantur eodem modo donationes, ac venditiones, & transactiones, Per potentiam extortæ infirmari. Non igitur sunt omnino irriti, & ita tenet Lessius lib. 2. c. 17. dñb. 6. n. 37. §. sed verius est. Neque est simile de vltimis inibi deficit titulus, datur enim in pretium mutui, quod dignum pretio non est. Ad confirmationem, quam ita extollit Basilius de Leon. vt minus modè cæcutientes & cæcos appellet esse, qui illa non conuincuntur, faciliè respondetur primo legem illam loqui de donate pure, & perfectissima de qua etiam locutus fuit Aristot. 4. topic. cap. 5. dicens donum esse datum incredibile id est animo, & affectu, ne vquam tibi reddatur. At non loquitur de quacumque donatione. hæc enim solum ad eius valorem requirit liberum consensum, cui non obstat metus, aliàs neque donatum Deo, aut promissum ex metu esset validum, cum simplici affectu velis non fieri & tibi reddi.

Secundo respondeo ex vi donationis, qui donat etiam coactè, vult simpliciter, & absolute fieri accipientes, neque sibi vquam reddat simplici affectu vult non dare, & sibi reddi, sicuti contingit in proiciente metes in mare, simpliciter enim, & absolute vult metes à se abdicare & a mari possideri & nunquam sibi reddi ad simplici affectu nec vult proiciete, neque à se abdicare imò potius reddi.

PUNCTVM IX.

An metus gravis irritet contractus, iure positio, vel veniant irritandi.

- 1 Proponuntur communis sententia non esse irritos sed venire irritandos.
- 2 Aliqua excipiuntur ab hac regula secundum omnium sententiam.
- 3 Quid dicendum de contractu sponsalium.
- 4 Quid de promissione dotis.
- 5 Quid de constitutione procuratoris.
- 6 Quid de iurisdictione data, vel prorogata.
- 7 Quid de sententia per metum lata.
- 8 Quid de renunciatione beneficii.
- 9 Quid de metu incusso ad contrahendum matrimonium cum aliqua indeterminatè.

Communis est sententia non esse irritos, sed venire irritandos, ita Nauarr. in cap. accepta, de res. spol. op. pos. §. 2. 7. & summ. cap. 22. n. 10. Lessius lib. 2. c. 17. dñb. 6. n. 36. Thom. Sanch. lib. 4. disp. 8. n. 4. Gutier. de inu. 1. p. cap. 57. n. 11. Flam. de resignat. lib. 3. q. 2. n. 9. Gregor. Lop. l. 36. verb. de fesho. sit. §. p. 5. Hentiq. lib. 11. de matr. c. 9. n. 4. Bonac. de matr. q. 3. p. 8. n. 8. §. dicitur iure Ecclesiæ & alij plures, quos ipsi referunt, & specialiter Thom. Sanchez innumeros congerit. Præcipuum fundamentum sumitur ex aliquibus text. vbi facta per metum veniunt rescindenda, specialiter in c. Abbas, de his qua vi, dicitur renunciationem factam per metum debere in irritum reuocari. Ergo si quom est, validum esse, quod enim irritum est, non indiget in irritum reuocari, & in cap. audientiam, de his qua vi, dicitur quæ vi, metulve causa sunt, carere debent robore firmitatis siquidem possunt, & debent rescindi. Item Inst. de accept. in princip. dicitur, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lap. stipulari: Titio promissisti, quod non debueras promittere, palà est iure civili te obligatū esse. & actio qua in iudicium datur te oportere, efficax est, vbi glossa obligatum esse, licet inspecto iuris rigore, & efficax est, licet in (ui substantia. Item mil. vlt. C. de his qua vi, dicitur, venditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ